



Svmma Juris Canonici

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Svccincte Explicantur,
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,
pertinent

Ivrisdictione Ecclesiasticâ, & Iudiciis

Strein, Johann

Coloniæ Agrippinæ, 1658

§. 4. Satisfit Dubiis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61847](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61847)

S. 4.

Satisfit Dubia de Sententia.

DVb. 1. Vtrum sententia alias nulla propter solum defectum solennitatis in iure præscriptæ in foro concientie valeat?

R. Valere, Iudicem tamen ita profertendo sententiam graviter peccare. Ratio est, quia solennitates iuris scripti, & requisiti ad valorem sententiæ, extrinsecæ sunt, non concernentes substantiam, sed fori externi morem ac ritum. Ac proinde, quod etiam *Andr. Gaill. monit. l. 1. obs. 42.*

Iudex in decidendis causis de eiuſmodi solennitatibus, & nullitatibus non debet esse nimium sollicitus, sed magis curare, ut finis liti imponatur. *l. proponendum. C. de iudic. l. quamvis. ff. de recept. arbitris.*

Hoc autem de sententia iusta intelligendum est. Nam si iniustitia fuerit, quamvis nulla solennitas desit, nullam obligationem parit, quemadmodum citatus *Gaill. ex multis legibus docet. l. 2. de pace publ. c. 8. S. Th. q. 60. ar. 5. Roderic. Tract. de ord. iudic. c. 14. Sayrus l. 11. c. 9. D. 2. n. 8. Arragon. 2. 2da. q. 60. ar. 5. Bann. & Salon. ibid. Valent. III. D. 5. q. 4. puncto 2.*

Dub. 2. Vtrum aliquando valeat sententia, ab eo, qui non est Iudex, prolata?

R. Valere, quando concurrunt duæ conditiones. Prima est, Iudicis auctoritas, qui committit alicui sententiã

pronunciandam. *Myſing. Cent. 5. obs. 45.*

Secunda, ut communi errore existimetur esse Iudex: quia communis persuasio, quamvis fallã maioris in populo partis, iurisdictionem det, & actus valere facit. *Ang. l. Barbarius ff. de off. Prator. & arg. c. Ecce ego. Dist. 95. Laym. l. 1. r. 4. c. 2. n. 9.*

Neque hoc mirum videri debet in rebus ad forum externum pertinentibus, cum indulgentiã etiam à Prælato penitus falso, qui vulgò putabatur verus concessã non minus operentur, quàm si verus Prælatas dedisset: Item qui solvit Prælato notoriè intruso liberatur. *V. Barb. in c. Dudum. 2. de election. n. 4. & 5. cum aliis DD. ibid. nominatis.*

Hinc sequitur. Primo, acta talis Iudicis valere post commissum crimen, dummodò illud vulgò ignotum sit. Secundo, licet Prælatas ipso iure privatus sit potestate secundum Constitutionem *Pii V.* petmittens ingredi mulieres in monasteria virorum, validum tamen esse, quod virtute officii sui facit. Tertio, Iudicis excommunicati sententiam validam esse, quamdiu denunciatus non est, ut communiter agnoscunt Theologi, & Canonistæ apud *Suarium. To. V. D. 14. sect. 1.*

Hæc tamen, non sunt extendenda ad ea, quæ Iuris divini, aut naturalis sunt. Nam si non Sacerdos sacramentalem absolutionem impertiat, quatumvis communi errore existimetur sacerdos esse, absolutio omnino irrita erit, quia iure divino non nisi veris sacerdotibus competit. *V. Barb.*

©

& *Laymann. lo. cit.* Proderit tamen ipsi ad evitandum pœnas impostoribus decretas, aliis verò ad exculationem peccari.

Dub. 3. an sententia lata contra leges, statuta, vel consuetudinem aliquando valida sit?

R. Regulariter non valere, sed ipso iure nullam esse, quando lex, & consuetudo in viridi observantia est, nec excipiendæ sunt extravagantes, modò receptæ, & passim notæ sint. *l. 1. & 2. C. quando procurare non est necesse. l. si expressum. 19. ff. de appell.* si expressa sententia contra iuris rigorem data fuerit, valere non debet. & paulò post. Non iure profertur sententia, si specialiter contra leges, vel senatus consultum, vel constitutionem fuerit prolata. Idem dicitur in *c. Sententia. de sen. & re iudicata.* ubi prolixè *Barbosa*, extendens etiam ad arbitros, & quascunque constitutiones, ac leges particulares illius fori, in quo agitur. Nec ratio deest, sicut enim non licet tollere, aut interpretari legem, cui libet, ita nec contrariam statuere, vel sequi. Si tamen Iudex idem fuerit, qui legislator, poterit sententiam ferre legibus suis contrariam, quæ absque omni contradictione recipiatur, & executioni mandetur. *V. Anton. Gabr. l. 2. de sent. Concl. 7. Socinus in Reg. 354.* ubi multas & inanes fallentias colligit. *Meliora Cardin. Tuschus in lit. S. Conclus. 141.*

Dub. 4. An valeat sententia in alieno territorio lata?

R. 2. Iure communi non valere. Nam extra territorium ius dicenti non paretur impune, *c. 2. de Constit. in 6.*

Clem. Pastoralis de re iud. ubi dicitur sententiam Henrici Imperatoris contra Robertum Siciliæ regem esse nullam, quia contra illum extra districtum Imperii positum lata fuerit, Alia tamen ibidem causa infinuatur, quòd Romanæ sedi potius, quàm Imperio subesse debeat. Ac proinde cuique Iudici attendendum relinquatur, ut territorium suum non excedat inter invitos. *Tholos. l. 47. c. 21.*

R. 2. Episcopis indultum est à *Conc. Vienn. c. un. Clem. de fo. comp.* ut in aliena diœcesi, quando à sua expulsi sunt, ius dicere possint subditis suis, petita tamen prius, licet non obtenta licentia à proprio episcopo.

R. 3. Si ambæ partes consentiant, potest Iudex delegatus procedere extra territorium delegantis, & valebit sententia etiam absque consensu domini, ad quem pertinet territorium illud. *c. statutum. §. in nullo. de rescr. in 6.* Ratio, quia iurisdictio delegati non cohæret, nec terminatur territorio, sicut iurisdictio ordinarii. *Vide Marantam par. 6. §. Expedita secundæ parte num. 75. per ext. singul. in c. statutum. §. in nullo de rescr. l. 6. Abb. in c. de off. Deleg.*

Dub. 5. An sententia, quæ nititur duobus fundamentis, uno vero, & altero falso, vim aliquam habeat?

R. *Socinus Reg. 354.* quando duæ causæ expressæ sunt in sententia, quarum una est vera, altera falsa, tunc falsa sustentatur ad eam, quæ vera est, ut potius valeat, quàm pereat. *arg. l. Quotius*

Quoties ff. de reb. dub. Et sic notat. In-
not. c. In praesentia. Panorm. inc. sicut nob.
num. 15. Idem ex c. Cum l. A. 22. de sen.
& re iud. colligit Tiraquell. in Tr. Cessante
causa. l. limitat. 62. & ex illo Barb. in cap. cit.
Ratio, quia Reip. & singulorum civi-
um interest, iudiciorum auctoritatem
saluam esse, ne concessa licentia impug-
nandi iudicum sententias in longum li-
tes protrahantur. Neque periculum
hic est, ne qua innocentibus iniuria in-
feratur, cum semper appellationi, aut
supplicationi, vel querelae locus sit. Azo
in summa l. 7. num. 50. Decius in C. l. Si
donatione. de collat. nu. 15. Caran. Tuschus
Conclus. 40.

Dub. 6. An idem sententia non va-
leat, quia nocte prolata est?

R. Regulariter non valere. l. More
Romano. ff. de feriis c. Consultuit. de off.
iud. delegati. ubi Glossa & Felinus. Maranta
l. cit. n. 92.

Limita Primo, Nisi aliud ferat con-
suetudo. Sic in Curia Romana non
servari testatur Barbosa in c. cit. Consultuit.
Felinus eod. Maran l. cit.

Secundo, si partes sint praesentes, &
consentiant. Licet enim cuique iuri
suo renunciare. l. si quis in conscribendo C.
de pact. l. fin. §. pen. ff. ad Vellet.

Rem ipsam inveniendi adiaphorum vi-
deri potest, die, an nocte feratur sen-
tentia, quemadmodum non interest,
quam determinata hora diei fiat. Ni-
hilominus ad evitanda incommoda, &
cavillationes litigantium convenit in
luce, adeoque ipso in meridie senten-
tiam promulgari. Vantius, de nullitate
bus, pag. 245. Novel. 82. c. 3. Villal. l. cit. S.

num 32. Iason in l. 20. C. de transact. Treuil.
Disp. 23. num. 3. Coton. in sum. Diana v. in-
quisitor praxis. n. 249.

Dub. 7. An sententia unquam ferri
queat die feriato?

Feriae quaedam honori, & cultui di-
vino, quaedam hominum utilitati de-
putatae sunt. Divino cultui debentur
dies Dominici, dies Pasch. Natalis
Domini, & Epiphaniae, praeterea se-
ptem dies, qui praecedunt, & septem,
qui sequuntur.

Item dies Apostolorum. Et hisce
diebus, quicquid iudicialiter actum es-
set, in vitis litigatoribus irritum erat,
& infirmum. l. 2. l. Omnes dies. 7. & l.
ul. C. de feriis. Hominum vero utili-
tati tributum est, ne quis messium, aut
vindemiae tempore, ad iudicium traha-
tur. Nam occupati laboribus rustici
in forum venire compellendi non sunt.
l. 1. ff. de feriis. Haec feriae autem pro va-
rietate locorum variae sunt, adeoque
moderandae. l. praesides provinciarum
eod. Ita secum leges civiles. Iure Ca-
nonico multo plures festi dies nume-
rantur in c. Conquestus. hoc tit. ut mox
videbimus. Nunc.

R. 1. Iure civili facta citatio ad diem
feriatum non valet; nec citatus compa-
rere tenetur. l. 2. ff. Si quis in ius vocatus
non ier. & l. fin. C. de feriis. Iason in l. 1. S.
Nunciatio. num. 8. de novi oper. nunc.
Bart. in l. Liber homo. §. decem hodie
num. 1. ff. de verb. oblig. & videtur esse
communis opinio apud Legistas.
Canonistae autem aliter sentiunt, re-
ste Felino in 6. Quoad consult. n. 3. & 4. de
re iud.

re iud. Valere nimirum citationem ad diem feriatum factam, quia proceditur tunc die sequenti non feriato. *c. Cum dilecti de dolo, & contum. Panor. ibid. n. 4. c. Veniens. de accus. specul. in tit. de citat. §. 1. n. 13. Bart. in l. 2. §. Item ff. nihil n. 3. cum seq. ff. si quis in ius vocat. ubi distinguit, utrum error sit expressus in citatione, ut citamus te, compareas die dominico; an vero non sit expressus, sed dies comparationis incidat in diem feriatum, priori modo factam citationem non valere, sed posteriore, quia sequentis die non feriato procedendum. Consilium est ad evitandas rixas iudicem citationi clausulam apponere hoc modo. *Compareas tali die, vel, si feriatus est, sequenti. Glo. inc. nemo preest l. de reg. iur. Felinus in c. cit. quoad consultationem. Vantius tit. de nullit. sent. ex dese. citat. num. 66. Et sic in Dicasterio imperiali Spiræ observatur.**

R. 2. Neque processus iudicii, neque sententia die feriato lata valida est, ut necessario sequitur ex procedenti: & clarè invenitur in *c. fin. hoc tit. Judicialis strepitus conquiescere debet diebus feriatis, qui ob reverentiam, Dei nascuntur esse statuti: scilicet natalis Domini, Sancti Stephani, Ioannis Evangelistæ Innocentium, S. Silvestri, Circumcisionis, Epiphaniæ, septem diebus Dominicæ passionis, resurrectionis cum septem sequentibus, Ascensionis, Pentecostes, cum duobus, qui sequuntur, Nativitatis Baptistæ, festivitatum omnium virginis gloriosæ duodecim Apostolorum, & præcipue Petri ac Pauli, beati Lau-*

rentii, dedicationis S. Michaelis, solennitatis omnium sanctorum, ac diebus Dominicis, cæterisque solennitatibus, quas singuli Episcopi in suis diocæsesibus cum clero, populo duxerint sollemniter venerandas, quibus utique solennibus feriis (nisi necessitas urgeat, aut pietas suadeat) usque adeo convenit ab huiusmodi abstinere, ut consentientibus etiam partibus, nec processus habitus teneat, nec sententia, quam contingit diebus huiusmodi promulgari. Licet duobus feriatis, qui gratia vindemiarum, vel mesium ob necessitates hominum indulgentur, procedi valeat, si de partium processerit voluntate. *Ita Gregorius IX. in c. cit. ex necessitate, pietate, & consensu litigantium. V. Suarez. tr. 2. l. 2. de dieb. ff. ff. Fagund. in prac. Eccl. l. 1. c. 13. Cardos. in v. Processus num. 11. Rodric. tom. 11. quest. 59. art. 2. Gaill. l. 1. observatione n. 9. extendit conclusionem ad arbitros, quorum sententia diebus feriatis prolata non valeat: cum arbitraria sint instar iudiciorum redacta *l. omnes dies. C. de fer. Panor. inc. fin. hoc tit. num. 10.* secus est in arbitratore, quin etiam diebus feriatis, cum non servet formam iudicii, pacta, transactiones, & concordiam inter partes conficere, inire & tractare potest. *l. finali C. de feriis & Panormitanus l. cit. Toletanus l. 4. cap. 24. num. 13.* Adde quod interponendæ appellationi nullum impedimentum sit à diebus feriatis, eo quod tempora illa continua
sunt*

fin. l. 1. C. de fer. Et data à iudice dilata-
tione aliqua feriæ non excludun-
tur, siue sint solennes, siue repentinæ
l. siue pars C. de dilatacion. Filliut. tract.
27. c. 10. num. 198. Felinus in c. cum
M. Ferrar. Concl. 2. num. 32. Baldus in
auth. hodie C. qui appell. Roder. tomo 1v, n.
27. n. 36.

Dub. 8. An sententia contra
Ecclesiam vacantem valida sit.

R. Si legitimo defensore desti-
tuta sit sententiam invalidam esse, c.
fin. Ne sede vacante c. 1. de reb. eccl. non
alien. in. 6. Ecclesia enim minori com-
paratur, quoad beneficia iuris com-
munis, c. 1. de integ. restit. c. auditis eod.
in. Quemadmodum ergo contra
minorem non habentem tutorem
aut curatorem processus & sententia
nulla est, ita etiam contra Ecclesiam de-
fensore carentem.

Quam ob causam capitula Eccle-
siarum capite sublato, vel extincto
statim designare Deconomum, vel
provisorem solent: syndicum quoque
seu actorem, quorum cura, & vigi-
lantia Ecclesiæ bona, & facultates
conseruentur. Ob eandem causam
Ecclesiæ parochiali vacanti Episcopus
dat Curatorem, qui illius incolumitati
provideat, damna, & iniurias aver-
tat. V. Barb. in c. noyit. ille i. ne sede vacan-
te.

Dub. 9. An sententia contra ma-
trimonium lata in rem iudicatam tran-
seat, sicut alia?

R. Non transire, sed veritate com-
perta retractari, posse, & debere c.
lator de sent. & re iud. quia contra iniu-

sticiem litigantium consensu irremis-
sibilem.

Nihil equidem coniuges de suo sta-
tu quoad matrimonii valorem dispo-
nere aut iudicare possunt, sed ad supe-
riorem potestatem pertinet. Glo. ult. in
c. Inter hoc tit. Abb. num. 9. Felin. n. 16. in
c. lator citato Maranta de ord. iudic. 3. par. 6.
Sanch. l. 7. disp. 100.

Rati manifesta est, alias daretur li-
centia peccandi, si ex gr. per sententiam
iudex pronunciaret matrimonium va-
lere, in prohibito & dirimente: vel nul-
lum esse declararet, quod absque ullo
impedimento consistit. Hinc colligunt
DD.

Primo quando iudici error cognitus
est, etiam in vitis coniugibus procede-
re posse ad cognoscendum, & iudi-
candum, adeoque ubi res exigit, dis-
solvendum matrimonium, vel vicissim
cognita ipsius iustitia, & integritate,
confirmandum. Card. in c. lator. veru in-
de divort. Secundo iniustitiam sententiæ
matrimonialis tam respectu meritorum
causæ, quam ordinis processus per acta
causæ probari posse etiam post de-
cennium à tempore latæ sententiæ
Abb. in c. cit. lator.

Tertio Ne quidem decennio elapso
sententiam in rem iudicatam tran-
sire, ut omnino rata & firma sit, sed
prætextu appellationis corrigi quidem
non posse, per viam quærelæ tamen
allegari contra eam permissam esse
potest Glo. in c. Fraternitatis V. Fornicatio
de frig. & malef. Abb. ibid. num. 21. Ostiens.
in tit. de sen. & de re iud. ci. fin. ubi ait
sententiam matrimonii non transire

in rem iudicatam, quoad veritatem, bene tamen quoad subtilitatem, V. Sanch. l. cit. Barb. in c. lator. de sent. & re iud. qui nonnet, cognito errore, qui in contrahendo intervenit, denuo per Ecclesiam coniungendos esse.

Dub. 10. An sententia, quia stricti iuris est, nullam interpretationem admittat.

R. Admittere aliquando & tunc potissime, cum omissum in illa aliquid est, quod tamen implicitè continetur. Exemplum suggerit Andr. Gail. l. 3. observatione 116. Cautio de non molestando in futurum in sententia retinendæ possessionis omissa est, eam vero in executione petebat victor, exigi adhuc posse, & à victo præstandum esse, quia venit ex ipsa actionis natura per text. in l. un. C. uti possidetis secundum intellectum ultra montanorum, ut refert Bart. l. interdictum ff. eod. & alii ibidem citati. Unde colligitur non multum interesse, utrum cautio illa in libello petita sit, vel non: in ipsa sententia exprimat vel omitatur, cum sit de natura actionis eique intrinsecè connexa. Taciti enim & expressè regulariter parem esse virtutem constat. Decius in regula iuris ff. 157. Neque ideo stricti iuris esse dicitur sententia, quod nullam omnino declarationem admittat, sed quia extendi non debet ad personas vel gravandas, vel relevandas quarum non interest, iudicium factum, & sententiam latam esse. Baldus in l. falsa C. si ex falsis instrum. Cynus

& alii in l. Qui testamento de excus. tutor. Cardinalis. Tuschus Concl. 139. Barb. in c. Dilectus de off. iud. ordin.

Dub. 11. Quomodo sententia proficit, vel noceat aliis non litigantibus?

R. Ex textu c. cum super 17. de sent. & re iud. sequentia colliguntur.

Primo, Sententia in Regem lata obest, vel prodest successori. Idem fit in causa maioratus, in causa contra Feudum possessorem & sententia contra Prælatos.

Secundo, Lata contra principalem reum, mandari potest executioni contra eum, qui rem litigiosam emit.

Tertio, Cum quaestio est de statu, v. g. ingenuus quis, an servus sit, quod de uno decernitur, ad omnes eiusdem status pertinet.

Quarto, Sententia lata contra principalem, citato fidei iussore, illi præiudicat.

Quinto, Contra debitorem lata post contraditum pignus, nocet conductori. Idem dicendum est de proptietario, & usufructuario.

Sexto, Si contractus fuerit irritus declaratus, obierit domino, quoad laudemii exactionem.

Septimo, His, qui de eadem familia sunt, proderit, si illorum quisquam nobilis declaratur, nisi aliter constet, de voluntate nobilitantis.

Octavo, Legatariis, fidei commissariis obest sententia in hæredem lata.

Nono, Sententia lata de inhabilitate testatoris, non obest hæredi substituto si citatus non fuit, vel si nocet tantum modò quoad aliquam præsumptionem.

Decimo

Decimo. Habentibus dominium utile aliquando prodesse poterit sententia pro domino proprietatis formata. At vero sententia contra vassallum, & feudatarium, in possessione naturali non nocet dominis directis, quia possident civiliter.

Undecimo. Si condemnentur aliqui eiusdem artis, vel professionis, damnum ad omnes pertinet, qui eandem artem faciunt. Similiter prolata, contra cives unius loci succursurus omnibus nocet.

Duodecimo. Si quis de eare, cuius actio ad se primo pertinet, agi cum alio patiat, & taceat, sententia ipsi nocebit. Item si gener socerum vel possessor venditorem de proprietate rei emptæ, vel in dotem data experiri sinat, condemnato venditore, vel socio præiudicat genero, & possessori. *l. sape ff. de re iudicata Panormitanus in c. Quamvis hoc titulo Covar. l. pract. QQ. 6. 13. & sequentibus Barb. in c. Cum super hoc titulo Raym. & ex illo Silv. v. sententia num. 8. Cardinalis Tuschus conclusionem 174. Rosella num. 7. & 8. Franciscus Marcus parte prima decisione aurear. num. 830.*

Dub. 12. An, & quomodo sententia, quæ in rem iudicatam transiit revocari, & impediri queat?

R. Duo modi sunt. *Primus est,* si innocentia condemnati innotescat. Hoc enim virtuti, & innocentia debetur, ut ab errore & vitio non opprimatur. Nec iniqua & erronea sententia in rem iudicatam transit, ni-

si fictione & præsumptione quadam quæ non potest præiudicare veritati. Vnde *Felinus in c. consanguinei de sent. & re iudicata num. 7.* præclare dicit, quod iudex per novam notitiam innocentia rei etiam confessi & condemnati super sedere debet executione.

Et Antonius Gomez l. 3. c. 136. n. 36. monet cognita rei innocentia a iudice delegato, rescribendum est principi, ut tanquam superior revocet sententiam; quando quidem ipse, qui tulit eam, revocare non potest, cum iam officio suo defunctus sit, quemadmodum explicavimus supra §. 1. num. 4. *Secundus modus est,* si princeps qui superiorem non agnoscit, pœnam remittere, & condonare iniuriam velit. *l. i. c. de sentent. passis. l. fin. c. de generali abolit. l. i. §. de qua autem ff. de postulando.* Quæ remissio fieri potest generaliter, & partialiter. Generaliter fieri solet propter publicam lætitiã, prosperum eventum, puta electionis victoria obtentæ, nati- vîtatis filii, adventum magni principis, & similes de quo infra latius agemus. *tit. 4. §. 1.* Cavebit autem princeps in tali condonatione, ne remittendo iniuriam legibus, & sibi factam, præiudicium fiat aliis, puta, creditoribus, qui iure suo propter alienam libertatem privati non debet. Partialiter fit remissio cum uni alicui condonatur debitum, & pœna, ut accidisse legitur illi, cui dicitur. *Matth. 18. v. 32.* *terve nequam, omne debitum dimisi tibi quoniam rogasti me.*

Alii 4. modis subveniri dicunt, in- iustâ sententiã passis, 1. per appellationem

de qua infra. 2. per supplicationem
Principi porrectam. *c. Veniam. 35. q. 9.*
3. per querelam falsi. *c. sicut nobis. de
test. 4. per restitutionem in integrum.*

*c. Ex literis. de rest. in int. Sylv. v. Index. 8.
l. n. 16. Maranta Par. 6. lud. p. 287. Navar.
Consil. 2. de lud. n. 3. Armilla. v. Sententia. n. 3.
Em. 8a. v. Gratia. n. 12.*

TITVLVS X.

De Appellatione.

Appellationes seu modi, quibus sen-
tentia, & executio suspenda-
tur, plures sunt apud *Maran-
tam tit de appellat.* Provocatio, Rela-
tio, supplicatio, Reuocatio, Restitu-
tio, Querela, Reductio, Dilatio, &
omnium potissima Appellatio, cuius
eò maior necessitas & utilitas est, quod
pro scientia ignorantia, pro veritate
falsitas, pro fide perfidia, veritate er-
ror, & temeritas in foro, ac tribuna-
libus dominatur. Illis igitur, qui per
sententiam lædi se existimant, petra re-
fugii est Appellatio, qua apud supe-
riorem Iudicem causæ suæ æquitatem
deducant, & quod sibi debetur, obtine-
ant, De hoc correctivo iniquitatis de-
inceps agemus.

§. I.

Quid sit Appellatio, & quocuplex.

I. **A**ppellationis finitiones à lingu-
lis ferè actoribus confingi,
Tholosanus queritur l. 50. c. 2. num. 2.
& suam substituit, secundum quam
Appellatio est inuocatio auxilii superioris Iu-

*dicis, ad emendanda facta per inferi-
rem.*

Nam dicere cum Ostiensi suspen-
sionem iudicati per inferiorem, non pla-
cet, eò, quòd non semper appellatio
suspendat iudicatum, ut patet ex se-
quentibus. Dicere quoque esse pro-
vocationem ad maiorem iudicem ra-
tione gravaminis illati, vel inferendi
quam adfert *Bart. in l. 1. ff. de appell.* mi-
nus probatur, quia & temerè appella-
tiones, & sine gravamine interpositæ
appellationes dicuntur, quamvis inu-
stæ. Ita *Tholosanus* non animadver-
tens suam definitionem nihilò melio-
rem, imò magis generalem, obscu-
ram esse: & quamcunque dederit, fa-
ciet aliquis per intentionem suam, aut
finem extrinsecum ut mala, levis, aut te-
meraria sit. Maneat igitur *Bartoli* pas-
sim recepta à *Doctoribus*. Appellatio est
provocatio ad maiorem iudicem, ratione gra-
vaminis illati vel inferendi. Dicitur *Primo*
Provocatio loco generis quia latius pa-
tet, comprehendens appellationem iu-
dicialem, & extraiudicialem. *c. Cum sit
Romana. de appell.* Nam quicumque au-
xilium Iudicis implorat, provocare di-
citur